



Mortania intra Pertici fines; ob uxorem Vice-Comitatu etiam Castelloduno auctus erat; genitori praemortuus est, anno circiter **Mxxvj.** relinquens filium **Godefredum I.** Castelloduni Vice-Comitem, haeredem in **Nogent** aliisque Pertici locis. Idcirco anno **Mxxxij.** vel ut alii volunt **Mxxxij.** Coenobii Sancti Dionysij ad Nogent fundator. pagina in actorum codicem relata, hisce jactat se verbis:
Ego tam nobilitate superbi sanguinis quam viribus mundanarum opum famosissimus, etc. Ferro interemptus anno **Mxlviij.** haeredem habuit **Rotrudum**, ex conjugē Elvise filium, Castelloduni Vice-Comitem, Mortaniae, alii etiam volunt et Pertici, Comitem. Inceptum a patre Coenobium apud Nogent, divo Dionysio dicatum, is anno circiter **M** **Rotrudo** nati sunt ex Adelina Conjugē filii quatuor, scilicet: **Godefredus I.** Pertici Comes, **Ugo** posterorum Castellodunorum Vice-Comitum stipes; **Rotrudus** Mortaniae Dynastes, atque **Fulco**. Postremo autem horum filii fuisse etiam et praeterita tabulae publicae firmant; addunt et alii maximum natum nomine Joannem quem cruce insignitum, nullaque sobole

generata praelio commisso ad Antiochiam ubi patruus, Rotundus Pertici
Comes, decimo obsidionis agmini imperabat, anno **M**
dimicantem occubuisse tradunt.

quem primum tabule **Fulconis**
filiorum **Hibernica Nugentorum prosapia**

stipitem agnoscit; quem secundum laudant
avitum nomen de Nogent cum nomine de Lacy
mutavisse, idque ob uxorem, Emmam de Lacy, haeredem
in **Esijas-Lacy** in Anglia,
siquidem, cum **Gulielmum**
Normannicum in Angliam comitatum, ibidem sedem

de Nogent generavisse qui **alterum**
alterumque **de quibus** mox fusius.

autem cui nomen inditum de Lacy natum esse **Gilbertum**
Gilbertoque ut tabulae nostrae plane habent, **Hugonem**
de Lacy fortissimum aequae ac clarissimum militum
Ducem, virum in Annalibus nostris celeberrimum;

Qui, quum primum Normanni ex Anglia saeculo
reparatae salutis **Xij^{mo}** Hiberniam armis occupaverant
cuncte praefuit insulae, magnam cuius partem bello
subegerat: **Quem** itaque felicis recordationis **Henricus**
II. Angliae Rex, Hiberniaeque dono pontificio Dominus,
regia dominatione seu principatu in Midia, tum illi tum
heredibus pro Quinquaginta Equitum servitio

tenendum, ob virtutem militarem remque publicam ^{strenue} gestam anno **Mclxxij**, ^{maxime} praemio affecit: nec desunt tamen qui magis ob nimium ⁱⁿ imperio ^{vires} factum fuisse putent. Regio amplissima tunc usque temporis **regnum fuerat** cum demum illi cessit: quinta Hiberniae pars, ab Hibernico mari ad Sineum flumen late pertinet; in duosque **Comitatus**, **Midiae** videlicet Orientalis, Occidentalisque **Midiae** seu **West Meath**, divisa est.

His peractis, neque ita post multo, splendidissimae hujus ditionis partem insignem, nempe **Bazoniam Delviniae**, haereditatem tradidit laudatus **Hugo**, **Silberto de Nogent**, commilitoni atque affini suo: namque **Robesia**, **Hugonis** soror, nupserat **Silberto**. Erant autem ambo eodem et quidem summo loco ac genere ^{etiam} uti jam antea explicatum.

Vetustum ^{donationis} instrumentum, in hanc enim diem in auctoritatibus adseruatur, ea perscriptione est:

Hugo de **Lacie** omnibus sancte matris Ecclesie filiis, et hominibus suis et amicis **Francis**, **Anglis** et **Hibernicis** **Salutem**: Sciatis me dedisse et presenti charta mea confirmasse, **Silberto de Nugent** et heredibus suis **Delvin** totam, quam in tempore **Hibernicorum** tenuerant **Ofinilani**, cum omnibus pertinentiis et villis quae infra predictam